



Nf. 60.3.







DISSERTATIO PROPHETICO-TYPICO.  
EMBLEMATICO-THEOLOGICA  
EX ZACH IV. v. 10.

2P

DE  
SEPTEM OCULIS DOMINI  
PERLUSTRANTIBUS  
TOTAM TERRAM

QUAM  
FAVENTE SUPREMO NUMINE  
PRÆSIDE

VIRO SUMME VENERANDO ac CELEBERRIMO;  
DN. EBERHARDO HENR. DAN. STOSCH

SS. TH. DOCTORE ET PROFESSORE P. ORDINARIO, ET VERBI DIVINI  
MINISTRO, FAUTORE SUO VENERANDO,

AD DIEM XII. IUNII A. D. M D CCLI.  
HORIS LOCOQUE SOLITIS

BENIGNO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
AUCTOR & RESPONDENS

MICHAEL AITAI

Transylvano-Hungarus.

af.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,  
TYPIS, SIGISMUNDI GABRIEL. ALEX.

DISCRETIO  
EXTRACTO  
STETEM OCU S DOMINI  
ERRUSTRANTERUS  
TOTAM TERRAM  
CUM  
FAVETE SUPREMO NUMINE  
BY  
ES TO PRODUCE  
AD  
ES MICHNO  
TIT  
TIT



**DN. JOHANNI LAZAR.**

**L. B. DE GYALA-KUTA**

S. C. REGIÆQUE CATH. MAJ. EXCELSI GUBERNII IN PRINCIPATU  
TRANSYLVANIÆ PRÆSIDENTI, ECCLESJARUMQUE REFORM. PER TOTUM TRAN-  
SYLVANIÆ PRINCIPATUM DISPERSARUM CURATORI SUPREMO; OPTIMO.

**DN. FRANCISCO WESELENI**

**L. B. DE HADAD**

INCLYTI COMITATUS KÖZÉP SZOLNOKENSIS COMITI, & ILL. GYMNA-  
SII N. ENYED CURATORI UTRINQUE SUPREMO &C.

**DN. STEPHANO DANIEL**

**L. B. DE WARGYAS**

INCLYTÆ SEDIS SICULICALIS UDVARHELY SUPREMO REGIO IU-  
DICI, ILL. GYMNASII N. ENYED CURATORI VIGILANTISSIMO.

**DN. LADISLAO TELEKI**

**S. R- I. COM. DE SZEK.**

HEROI, AD HONORES DIGNITATESQUE QUASCUNQUE DOMUI ET  
CONDITIONI SUÆ PROPRIAS PULCHRE ADSURGENTI, ET ILL. GYMN.  
N. ENYED CURATORI SUPREMO. DIGNISSIMO.

**DN. LADISLAO SZEKELY**

**COM. DE BOROS JENÖ**

HEROI, SPLENDORE FAMILIÆ VIRTUTUMQUE HEROICARUM INSIG-  
NIBUS CONSPICUO, CHRISTIANÆ INTEGRITATIS CANDORE, ET PIETA-  
TIS IN DEUM FERVORE FVLGENTISSIMO.

Magnis & fulgidiffimis Patriæ Sideribus, Reformati  
status Columinibus, Musarum Nutritiis, Litera-  
torumque Promotoribus, Dominis, Dominis de-  
misse & humillime colendis.

VIRIS SUMME VENERANDIS CLARISSIMIS ATQUE  
ERUDITISSIMIS

DN. STEPHANO T. WASARHELLYI

PHILOSOPHÆ ET MATHESIOS IN ILL. GYMNASIO N. ENYED PRO-  
FESSORI SUBLISSIMO, FAUTORI, OMNI OBSERVANTIA COLENDO.

DN. SIGISMUNDO N. BOROSNYAI

S. S. TH. DOCTORI EJUSDEMQUE FACULTATIS UT ET HIST. ECCLES.  
IN ILL. GYMNASIO N. ENYED PROFESSORI SOLIDISSIMO, DOMINO  
ET FAUTORI VENERANDO.

DN. MICHAELI A. AITAI

ANTIQUITATUM ET LINGVARUM ORIENTALIUM IN ILL. GYMNASIO  
N. ENYED PROFESSORI CELEBERRIMO, PATRONO ET STUDIORUM SUORUM  
PROMOTORI FIDELISSIMO, DOMINO ÆTERNA MEMORIA DE-  
VOTE COLENDO.

UT ET

CLARISSIMIS AC REVERENDIS VIRIS.

DN. MARTINO ZAGONI

DN. MARTINO AITAI

DN. IOSEPHO ROSNYAI

ILLI ECCLESIE GY SZ. KIRALYENSIS; ISTI TANTSSENSIS; HUIC MI-  
RISZLOIENSIS PASTORIBUS VIGILANTISSIMIS, FRATRIBUS ET COGNATIS  
NUNQUAM MORITURO GRATITUDINIS CULTU PROSEQUENDIS


Primitias hæc Academicas grato sub-  
missioque animo offert atque consecrat

AUCTOR.





§. I.

 Frequenter ab antiquis in rebus dubiis perplexisque tritum, neque hodiecum cum timore & tremore nomen Dei profitentium, sed sub horrendis Dei judiciis subinde gementium ore indignum est decantatissimum hoc quondam a tragediarum consuetudine desumptum Adagium, θεός αἰὸς μηχανῆς. Deus ex improvise. Quo ipso dum quispiam e rebus dubiis anxisque salvus evaderebat, Deum quasi e machina ipsum liberasse, vinculaque ejus solvisse inducebant. Sæpe enim Deus ipsum recte invocantibus, sed omni humano præsidio orbatis, ad irretiendos ipsos ab infensissimis hostibus undiquaque cinctis, præsentissimo adest e Cælo præsidio: Non enim patitur ut sui gravioribus difficilioribusque tentationibus obnoxii fiant, quam sustinere possunt. 1. Cor. 10, 13. neque permittit hosti, ut in eos qui puris cordibus & Sanctis manibus ad Aram Jehovæ accedunt, in via Sanctitatis ad Palatia Sanctissimi Numinis contendunt, omni nequitarum genere desæviant, sed limites modumque ipsorum conatibus sapienter ponit, ut tandem ad diu desideratum quietis portum ipsis enatare contingat

§. II.

Quum autem hoc mihi in præsentia & prolixum & nimis onerosum esset, neque instituti mei rationi conveniens, eundo per varia Ecclesiæ fata singularem Dei erga suos curam ab exemplis demonstrare, vivisque quasi coloribus depingere; in documentum propositionis meæ satis erit allegasse desperatum Judæorum ex Captivitate Babylonica reversorum statum, qui postquam licet ægre, fun-

A

damen,

damentum Templi Hierosolymitani denuo restituendi jecissent, Vicinos tamen suos aliosque, sæpius experiri cogebantur hostes, ipsosque in opere Domini identidem conturbantes. Et certum est Zerubabele Templi illius restitutionem moliente, admodum arctis limitibus circumscriptas fuisse Judæorum res, exiliaque & tenuia fuisse Templi jam inchoati initia: Unde Deus illis omnem ferme jam animum de exequendo opere structuræ Templi despondentibus, vel saltem de temeritate suscepti negotii hæsitantibus auxilio e machina, & quasi ex improvviso adest, Zachariam in Collegam laboris Haggæo Prophetæ adjungit, ad interiorum eum sui communionem admittit, rerum multarum magnarumque in dispensatione factorum hujus Universi Orbis a se gerendarum, sed per ipsum revelandarum noticia imbuat, cum primis firmos & animo intrepidus in suscepto negotio, additis variis iisque excellentissimis promissionibus, Judæos per ipsam esse jubet. Quo faciunt verba Domini restitutionem Templi certissime promittentia, & ad Judæorum specialiter consolationem integro hocce Capite directa. Inter quæ comparent etiam verba in Titulo præsentis hujus Dissertationis occurrentia. Quæ verba summa sane animadversione digna, ad Dei gloriam nostrique emolumentum in præsentia explanare *σὺν θεῷ ξῶνθι καὶ ἀληθινῶ* fert animus. Ut itaque res decenti ordine, eoque quo par est, procedat. I. Integrum Schema visi Prophetæ v. 2. hujus Capitis exhibiti secundum sensum literæ breviter exhibebo. II. Sensum spirituale & a spiritu S. intentum quoad integram Visionem exponam. III. Tum vero in specie ostendam, quid sint septem oculi Domini perlustrantes totam terram.

### §. III.

Offert cum primis se nobis hujus Capitis v. 2. admiratione & amplissima meditatione non indignum, Zachariæque imaginationi objectum Visum. In quo specialior spiritus S. scopus erat, fractam Populi Israelitici de certissime restituenda eorum Rep. Politico Ecclesiastica cum primis Templo spem erigere. Cum quo scopo restrictivo & magis speciali si jungamus sensum absolutum & cum mystica interpretatione Emblematis hujus conjunctum; patebit in hoc illustri Viso scopum generalem & absolutum spiritus S. esse: Deum nempe in Mundo habere Ecclesiam suam tanquam in tenebris lucentem, eamque a spiritu Dei perenni influxu fovendi, agitari, animari, conservari, in mediis etiam Persecutionibus, & difficilimis Ecclesiæ

clesiæ temporibus; simulque indicare spiritum S., Templum illud materiale aliquando commutandum fore cum Templo spiritali, quod Deus tempore suo per filium suum erigendus esset.

§. IV.

In Viso autem monito, representatur Prophetæ propter illustres revelationes & Visiones quæ præcesserant, jam in ecclasiâ raptò, & quasi somno sepulto, Candelabrum aliquod aureum, lenticula in summitate & septem lampadibus vasis scilicet Olei capacibus, septemque infundibulis in extremitate lucernarum constitutis, sive tubulis, instructum, qui tubuli e lenticula derivabantur in Lychnuchos, in quibus lucernæ ardebant, nec non duabus Oleis dextrum lævumque in summitate Candelabri lenticulæ latus ambientibus ornatum, v. 3. ex quarum qualibet procedebant duo rami Oleis onerati, v. 12. qui per duo præla aurea pressi, fundebant oleum ad lenticulam, atque ita e lenticula mediantibus septem tubulis in septem Lychnuchos ad animanda Lychnuchorum ellychnia derivabatur Oleum. Ubi paucis de mystica significatione hujus Candelabri ut moneamus, res ipsa postulat.

§. V.

Candelabrum autem mystice denotare Ecclesiam Sanctam, Catholicam, societatem electorum, ad spem vitæ æternæ per Verbum gratiæ vocatorum, spiritus S. gratia & influxu & mutua sibi charitate uniendorum & ad consummationem sæculorum perseverandum aperte innuitur in Apoc. Ubi Johanni videnti Christum in medio septem Candelabrum ipse Christus hujus Visionis mysterium ipsi reserat. Cap. 1. 20. dicens: *Et Candelabra quæ vidisti septem Ecclesiæ sunt.* Ubi num septem illæ Ecclesiæ particulares ad quas Johannes Literas jubetur scribere, num potius Catholica & Universalis intelligatur Ecclesia? remoram aliquam nobis injicere videtur: Sed tota hæc prima saltem fronte adparens difficultas evanescet, si utrumque supponamus cum Cel. Vitringa, & admittamus, hic secundum primum & literalem sensum intelligi posse septem illas Ecclesias Asiaticas; sensu vero mystico Ecclesiam Catholicam, vario modo sese ostentantem sub variis temporum ætatibus, sive periodis. Et porro quum hic habeamus unum tantum Candelabrum, ad formam Candelabri Mosaici (cum aliqua licet differentia) quod quondam per Mosem confici, in Tabernaculumque inferri jusserat Deus, & quum

omnes particulares Ecclesiae in centro quasi coeant, & in puncto tanquam Ecclesia Universali uniantur; rite recteque ponimus Candelabrum hoc esse Emblema Ecclesiae Universalis, catholicae, quae sit societas una omnium fidelium & credentium.

§. VI.

Sed quoniam Candelabrum hoc inter alia erat instructum septem lampadibus, vasis scilicet Olei capacibus, & quoniam candelabrum lucebat, & repraesentabatur hic per septem sacri Lychnuchi lucernas, sic utique Ecclesia hic repraesentatur in suis Doctoribus publicis, & Ministris in ea lucentibus, simili modo, quo septem stellae in manu Christi dicuntur Angeli septem Ecclesiarum. Quorum est praecipue se solida instruere Doctrina, qua aliis praere & praelucere in omni honestate & verecundia, morum svaivitate & solida Doctrinae cognitione, tanquam verae regenerationis & spiritus S. fructibus possint. Quorumque est notante Cel. Vitringa. \* *Officium docere, & quidem locis eminentioribus, Cathedris, suggestis, ut pluribus usi sint qui simul debent se vestire, ut cum Tertulliano loquar, serico probitatis byssino, sanctitatis purpura armilla pudicitiae, faciles non morosos se ad docendum praebere, omnem occasionem ad lucrandas animas captare exemplo Pauli Apostoli, qui suam Palaestram καλον ἀγώνα, praeclarum certamen nominat. Hoc innuere videtur Christus D. Math. 5. 14. Vos estis lux Mundi, neque accendant lucernam & ponunt eam subter modium, sed in Candelabro, ut luceat omnibus qui sunt in Domo. Hoc sensu appellavit Johannem etiam Baptistam lucernam ardentem & lucentem. Sic Luc. 12. 15.*

§. VII.

Quamquam autem proprius & realis Ecclesiae Character sit, ut luceat, tanquam in se habens principium cognitionis salutaris, & sanctimoniae, lucemque veram, quae publice praesertur, & ostentatur ad illustrandum Mundum totum quantum tenebris obrutum, ita ut extra eam, nec vera lux, nec conscientiam tranquillans laetitia ullibi reperitur, sed omnia sint merae renebrae; tamen Doctores & Ministri publici Ecclesiae sunt praecipue, qui habent materiam in se lucendi, gratiam in ipsis spiritus S. fovendi, oleum nempe mysticum, quo animi illorum in vera Dei, Christique cognitione, non altas tantum agunt radices, sed etiam plene instruuntur, unctionisque spiritus sancti potissi-

• Comm. in Zach. pag. 237. §. X.

potissimum participes evadunt. Quod precipue denotabatur per duas oleas, dextrum lævumque lenticulae latus ambientes, ubi proponebatur propter similitudines & proprietates Oleæ, quæ insunt ei, & quæ maxime conveniunt cum proprietatibus spiritus S. ipsa illa persona spiritus S. non tamen cum respectu ad ipsam *ὁμοίαν*, S. S. quam certum est esse unicam, sed cum respectu ad duas illas notissimas v. & N. T. Oeconomias, qui sub duabus illis Oeconomis, eadem bona, diverso licet modo, & gradu, ad instructionem & Consolationem fidelium communicavit Ecclesiae, ex quibus prodeuntes rami, per prelaque pressi, fundebant Oleum in Lychnuchos ad animanda Lychnuchorum ellychnia. Quo ipso ad ellychnia lucernarum oleo animatarum manifeste alluditur, quum mentio fit septem spirituum coram Throno Christi stantium. Apoc. 1. v. 4. Quorum ministerio Deus in fundanda, instauranda, & conservanda in Mundo Ecclesia, per omnia temporum intervalla usus est, & etiam demum utetur ad consummationem sæculorum. Quorum vigilantiam, prudentiam, spem & fidem elegantissime adumbrant quatuor animalia Apocalyptica, oculorum undiquaque plena. Apoc. 4. 6. Qui instructi sunt oculis maxime sagacibus & acutis, scripta Prophetarum & Apostolorum diligenter ruminando, in abditum scripturae S. sensum, interiorumque ejus cognitionem penetrare studendo in succum & sanguinem convertendo, & ad Ecclesiae aedificationem utiliter dirigendo. Qui spretis hujus sæculi commodis & voluptatibus, & cum servo Dei Mose omnes Aegypti thesauros spernentes, & minas hostium veritatis contemnentes, omnia adversa pro Ecclesia Christi his in terris propaganda, & gloria ejus dilatanda perferunt: generosi ubique testes Jesu Christi, decori & pulcri in oculis Jehovah, facie rutilantes instar Proto-Marthii S. Stephani. Act. 6. 15. coram Mundo existentes. In quorum numero referente „Cel. Vitringa \* maxime fuerunt Apostoli & viri Apostolici, tum quoque Prophetæ, Evangelistæ, & Doctores, singulari Dei gratia extra ordinem primo Ecclesiae tempore instructi; tum denique his inferiores, nec tamen hoc ordine eximendi, ut fuerunt: Clemens Polyc. Orig. Athan. Gregor. Nazian. Chrysof. August. Beda. Bernard. Calv. Oecolamp. Martyr, Usserius-Armach. & his similes.

#### §. VIII.

Hoc vero Prophetæ exhibitum & jam a nobis breviter excussum  
visum

B 3

\* Comm. in Apoc. pag. 188.

visum respiciebat i. Ecclesiam Judaicam, tunc temporis per Zerubabelem, aliosque similis generis Ministros restituendam. Quo ipso volebat Deus labascentes Judæorum animos erigere, largissimam spiritus S. gratiæ copiam apud se præsto esse indicans, eumque spiritum S. fore auctorem & consummatorem Templi per Zorobabelem reædificandi, remota omni vi & industria humana, promittens. Erant enim Judæi sibi soli relictæ, in exantlando structuræ Templi opere inidonei, invalidi nullis opibus viribusque adversus varii generis hostes instructi, contra quos vix quidquam potuissent, nisi Deus per potentem spiritum S. operationem opus illud promovisset. Ita ut in totum spiritui S. qui sub Emblemate olearum oleique in viso representatur, & quo mediante Lychnuchorum lucernæ animabantur, acceptum referri debuerit, quod consummatum fuerit opus structuræ Templi. Qui inter Judæos etiam multiforæ sua gratia & operatione excitavit egregios, & ad opus Dei perficiendum sub Emblemate lucernarum representatos, & oleo mystico, hoc est gratia spiritus S. apprime instructos Ministros, qui totidem quasi oleo mystico instructæ lampades & lucernæ in opere Dei arderent, inchoatamque Templi structuram feliciter absolvent. Hoc indicant verba Angeli Interpretis ad Zachariam. v. 6. 7. *Hoc est verbum Jehovæ ad Zorobabelem: Non strenuitate, neque vi, sed spiritu meo, inquit Dominus exercituum. Quis tu es mons magnus coram Zorobabele? evades aqua planities &c.*

#### §. IX.

Sed 2. spero etiam ambabus mihi largituros æquos rerum arbitros & iudices manibus, hanc illustrem visionem non posse æque & commode his exiguis limitibus coarctari, sed extendendam esse ad lætam illam rerum *Catastrophen*, quando pariete intergerino rupto, velo scisso, & Pomæriis Ecclesiæ Judaicæ fractis, clangor Evangelii exiit in omnem terram, felici progressu inter gentes propagari cæpit Evangelium, magnaque hominum multitudo ministerio Apostolorum introducta est in veræ Ecclesiæ gremium. Si enim Prophetarum inter alia maxime scopus erat omnem Regni Christi ordinem, ad finem usque, & tam propagationem ejus & consummationem, quam initium, & constitutionem prænunciare; & si templum per Zorobabelem restituendum in omni suo ambitu consideratum fuerit Typus Ecclesiæ N. Test. tum & Zorobabel & Propheta debuerunt cogitare de Templo mystico, quondam per Messiam erigendo, in quo

quo erigendo remota omni vi & potentia externa, simili modo, ac hic occasione Templi materialis restituendi, spiritus S. per Apostolos totidem mystici Candelabri lucernas cooperabatur Evangelio, & pro more ut solet promovebat & animabat, haud secus ac tempore Zorobabelis. Et sane omnes circumstantiae distant (quas nobis nunc brevitati litantibus excutere non licet) admonitas fuisse occasione restituendi Templi inter Judæos omnes fideles, ne scilicet animos suos umbris, istis præcise infingerent, sed ad altiora intenderent, majoraque sub umbris istis latere, animadverterent, vti Zach. 3. 8. & Cap. 6. 13. Unde restitutio Templi cum restauratione cultus Levitici, & sacerdotii, certissimum erat signum adventus Messiae in carne, cum quo conjuncta erat abrogatio totius cultus Ceremonialis. Gen. 49. 10. & cujus adventus promissio erat certissimum, ac solidissimum argumentum & pignus gratiæ Divinæ, & gratiosæ Dei propitii præsentiae, imo centrum omnium promissionum, & liberationis omnis sive temporalis, sive spiritualis, quæ Ecclesiæ Dei ullo qualicunque tempore obtigit.

§. X.

Hac itaque generali totius Visi explicatione præmissa, transimus ad specialiolem tractationem verborum, quæ proprie Argumentum sunt Dissertationis præsentis; nimirum ad septem Oculos Domini perlustrantes omnem terram. Quorum verborum cohærentia & nexus, cum præcedentibus sic se habet: Postquam Propheta ab Angelo ipsi adstante ad visionem videndam, e somno quasi excitatus fuisset, & ingenti angeretur desiderio plenius cognoscendæ istius visionis, non amplius se continere potest, sed v. 4. interpellat Angelum de referendo mysterio sublimis hujus Visionis, qui post lenem ignorantiae Prophetæ exprobrationem, utpote, qui jam generaliter in hocce Viso indicaverat, a v. 1--4. certissimam Templi reedificationem, incipit porro, hanc rem ulterius declarare. 1. Addendo Causas, 1. *κατ' ἄρσιν*. 2. *κατὰ θέσιν*. quarum Causarum primariam dicit spiritum Dei, v. 6. Secundariam Zorobabelem v. 7. 8. & 10. 2. Modum: per remotionem obstaculorum, & montis magni omnifusu huic operi se objicientis complanationem. 3. Adjuncta: congratulationem, nempe, & faustum Populi clamorem, de gratia Divina ipsis propitia. v. 7. 4. Effecta: quæ forent agnitio missionis Jehovæ. v. 9. & lætitia visurorum perpendiculum in manu Zorobabelis. Qui dicun-

dicuntur septem oculi Jehovæ perlustrantes totam terram, in proxime sequentibus.

§. XI.

Quibusdam horum verborum Interpretibus placuit vocabulum Hebraicum  $\eta\upsilon\upsilon\omega$  cum verbis oculos Domini immediate præcedentibus conjungere, in duo membra dividentes, hoc modo: *Videbunt & lætabuntur septem hi*, cujus lætæ visionis ratio contineretur in proxime sequentibus: *Oculi Domini lustrant omnem terram*. Verum potius a partibus veritatis stare existimo illos, qui idem vocabulum referunt etiam ad Oculos Domini, etsi non excludant septem lætatos & visuros perpendicularum in manu Zorobabelis. Uti Junius, Tremellius, Drusius alique Syrus & Arabs: *Hi sunt septem oculi Domini, qui intuentur omnem terram*. Nec non LXX. Interpretes  $\epsilon\tau\tau\alpha \epsilon\tau\tau\iota \epsilon\phi\theta\alpha\lambda\mu\acute{o}\iota \epsilon\iota\sigma\iota\nu$  &c. Quibus etiam Hungarica nostra versio calculum addit. Si enim verba scripturæ. S. secundum Regulam Hermenevticam, ex antecedentibus & consequentibus, locisque parallelis, rem eandem tangentibus debeant exponi: Hæc scripturam Sacram interpretandi ratio, sine dubio, hic quam maxime locum habebit. Expresse enim videmus præcedentis Capitis v. 9. Septem Oculorum fieri mentionem, quos septem Oculos nostris esse paralelos in sequentibus fufius sumus demonstraturi. Et denique Apoc. 5. 6. aperte videmus Agno Dei tribui septem Oculos, qui locus certissime est ex nostro desumptus.

§. XII.

Sicuti porro variæ extant virorum Doctorum in hunc locum expositiones, sic in totidem etiam ferme opiniones sunt distracti, quibus lucem aliquam huic dicto adfundere conati fuere. Nonnulli autem, uti Libera alique, in eam pedibus ivere Sententiam: quod 7. hi Oculi in stanneo perpendiculari globo fuerint insculpti; Sed alio totius argumenti series nos ducit, incidenter enim quasi hæc verba, quæ sonant de perpendicularo in manu Zorobabelis, ab Angelo Interprete proferuntur, quæ ad essentiam rei non adeo saltem me iudice pertinebant. Ubi bene notavit Cel. Coccejus. \* *quod perpendicularum illud nec ars nec vis Zorobabelis sit sed divina delineatio & edificatio*. Et potius verba hæc faciebant ad consolatinem Iudæorum, & omnem ex animis illorum de non reædificando Templo tollendum scrupulum;

\* Comm. in Zach. pag. 638. 5. 9.



lum: ne scilicet essent animis dejectis, propter hostes eos in opere Domini subinde conturbantes, & præcipue ob parva & tenuia operis initia, nam ad ἀκμὴν certissime hoc opus deducetur, & tantum abest ut opus illud inceptum in tenuibus istis subsistat initiis, quando perpendiculorum adhuc exiguus aut nullus est usus, ut potius parietes ejus exsurgere incipiant, ita ut perpendiculis pro aptandis & dirigendis parietibus & angulis ædis sacræ opus habeant. Hanc explicationem usus perpendiculi in hoc loco confirmant verba Iesaiæ 34, II. ubi sic fatur: *Et extendet super eam lineam inanitatis & perpendiculum confusionis*, desumpta Metaphora a lineis & perpendiculis, quibus artifices, fabri, & architecti in æquandis proportionibus arearum & ædificiorum utuntur. In textu equidem originali, quod obiter notandum, utitur Propheta vocabulo יָסַד quod equidem significat proprie lapidem, sed sensu improprio debere hic reddi, innuit sequens vocabulum כִּרְיִל accedente etiam הַמְדִּימָה demonstrativo, conjunctum cum voce יָסַד. Quod sic acceptum, indicat lapidem stanni, vel stanneum, aut pondus vel perpendiculum. Simili modo, quo stilo non prophanorum scriptorum tantum sed etiam sacrorum argentum & aurum occurrit pro nummis ex iis factis, arundo, calamus, tibia, pro instrumentis musicis, æra pro cymbalis, ligna & lapides pro vasis ex ista materia paratis. Hinc pondus הַמְדִּימָה יָסַד lapis regius dicitur, 2 Sam. 14, 26.

§. XIII.

Alii opinantur 7. hos oculos exsculptos fuisse in lapide primario, cujus mentio fit v. 7. Verum non adduci possum ut intelligam ibi lapidem primarium fundamenti, & sustentem universam ædificii molem, qui sine dubio erat jam fundamento impositus, sed lapidem capitalem & eminentem in fastigio consummati ædificii cum Calv. Munterio aliisque, cujus generis lapis imponendus erat fastigio quoque Templi. Nam vocabulum הַמְדִּימָה quo ibi usus est Propheta, in genere fœminino, significat non tantum id quod primum & tanquam præcipuum fundamento quis imponit, sed etiam quod fastigio ædificii super imponitur. Quo ipso, alluditur notante Pempello ad morem, quo in publicis & splendidis ædificiis summus Magistratus & primum & ultimum lapidem imponit. Iam vero quis dixerit ultimum hunc lapidem fuisse fastigio Templi super impositum, quando hanc Prophetiam Zachariæ commendaret Dominus? Quum fundamenta eaque tenuia fuerint eo tempore tantum jacta. Eo minus itaque 7. oculi lapidi capitali fuerint

B

m

fuerint infulpti 2). Quia Zacharias quasi jam intelligens mysterium candelabri subjungit petitque enixe de olivis, quæ solæ in explicando hoc viso super erant.

§ XIV.

His itaque allatis, & pro ratione instituti mei breviter quantum licuit excussis, nihil superest, quam ut & contextui, & circumstantiis, & scopo spiritus sanctus his in verbis intento exacte correspondentem proferamus sententiam. Fieri autem illud posse non desperamus, si statuamus 7. hos oculos Domini esse vel respicere septem Zachariæ in visione v. 2. Candelabri exhibitas lucernas ac earum infusoria. Qua in re consentientes nobiscum habemus Vatablum, Tirinum & Piscatorem. Sed quaerere merito & postulare a nobis B. L. poteris: Si ad istas quidem lucernas earumque infusoria spiritus Sanctus his verbis digitum intenderit, quanam apta Metaphora dici poterit, lucernas istas videre quid in manu Zorobabelis sit, h. e. perpendiculum sive pondus? Verum non tanti momenti quaestionem illam censemus ut nostræ sententiæ obsit, nosque a proposito nostro divellat; scrupulum enim qui prima saltem fronte nobis oboriri posset, eximere posse inspectionem linguarum tum occidentalium tum orientalium sequentia invicte docebunt; In istis enim linguis satis frequens & receptum est, oculos & lumina sæpissime permutari inter se se. Ita enim Lucianus de Argo animam efflaturo loquitur.

Prosequitur tacito tantum petit oscula vultu.

Invitatque patris claudenda ad lumina dextram.

Sic apud Ovidium Penelope ad Ulyss. introducit loquens \*

Respice Laërten; ut jam sua lumina condas.

Notissimum est illud etiam Virgilii \*\*

Monstrum horrendum cui lumen ademtum

Cernimus adstantes nequicquam lumine torvo.

Similiter locutus est Salvator noster Math. 6, 22. ὁ λύχνος τῆς σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. *Lucerna corporis est oculus.* Sic Dan. 10, 6. de Michaële Archangelo dicitur וְעֵינָיו כְּרָמִים אֵשׁ *Et oculi ejus sicut ardentes Lychnuchi.* Nec non sapientissimi Rabbīnorum Gem. babha bathra dicuntur עֵינַי שֶׁרַע הָעוֹלָם *oculi mundi.* Videmus porro hoc usu venire in aliis etiam linguis orientalibus, apud quos similes loquendi formulæ occurrunt præcipue de sole grato suo lumine in terras hominum prospiciente.

\* Epist. 1. v. 113.

\*\* Aeneid, 1. 3. v. 658. & 677-

ciente. Unde Malacis observante Cel. Relando \* dicitur sol כְּמִטְהָרִי  
*oculus diei*: Arabes etiam solem per אֵלֶּפֶיִן *oculum*, ortum vero ejus  
per אֵלֶּפֶיִן בְּיוֹעַ אֵלֶּפֶיִן oculi emicationem exprimere solent eo quod sol tan-  
quam totius mundi lampas instar oculi humani omnia curiose circum-  
spicientis & accurate observantis radiis suis omnia penetret atque  
perlustrat.

§. XV.

Sed ne cui dubium aliquod amplius superfit, proferam irrefragabile  
scripturæ sacræ testimonium ex Apoc, 4, 5. Ubi in templo mystico,  
in coelesti viso Johanni oblato, post exeuntia e Throno fulgura & vo-  
ces exhibentur 7. lampades igneæ ardentes, quas Apocalypseos 5, 6.  
occurrere sub Emblemate 7. oculorum, & tandem spirituum in omnem  
terram immissorum, & quidem hoc Emblemate ex loco Zachariæ a-  
parte desumpto. 1). Nam quemadmodum Zacharias meminit 7. oculorum  
omnem terram perlustrantium, perinde hic quoque fit mentio 7. spiri-  
tuum qui dicuntur esse septem oculi agni, in omnem terram immisso-  
rum & 2). neque Angelus interpres de diverso quid videtur cum Pro-  
pheta nostro verba facere, sed digito quasi monstrat, ipsumque manu-  
ducit ad ea, quæ in superioribus viderat, cujusque rei clavem ab An-  
gelo ipsi adstante sollicitè quæsierat.

§. XVI.

Huic sententiæ non parum roboris accedit ex eo, quod Zach-  
etiam 3. v. 9. Septem oculi in allusione nihil aliud sint, quam 7. lu-  
cernæ magno Expiationis die accendi solitæ, quando Pontifex elevato  
velo in sanctum sanctorum intrabat, versus lapidem fundamenti con-  
versæ\*\* eumque totidem quasi oculis respicientes. Referente enim  
Mose Exod. 40, 24. lucernæ illæ vel lampades collocatæ fuerant in an-  
tica tabernaculi parte, & quidem ad latus australe sancti. Quæ sine  
dubio in Templo etiam Salomonico respectu sancti, & sancti sanctorum  
inter decem cande abra a Salomone Templo illata quoque hunc dispo-  
sitionis ordinem retinuerunt, quæ non tantum conclave illud illustra-  
bant, sed remoto velo quum sanctum S. magno Expiationis die sum-  
mus pontifex intrabat, ipsum etiam Dei Thronum lumine perfunde-  
bant.

B 2

\* Diff. Miscell. XI. pag. 71.

\*\* Consuli potest de fundamenti lapide erudita Teod. Hasei Diff. in  
Bibl. Brem. Class. 1. Fasc. 4. p. 560. & seq.

bant. \*\* Quam sententiam probabiliorem reddunt Iudæi, quando contendunt Lychnuchorum medium conversum fuisse ad sanctum S. Supponamus itaque virorum eruditorum sententias, quæ contendunt totum Hierosolymitanum Templum fuisse typicum, licet in Antitypo inveniendo non nihil discrepent, variis in varias abeuntibus sententias, sed tamen in hoc plurimis convenientibus: Quod sicut totius sacræ Ædis moles divisa in tres fuit partes: Atrium nempe, sanctum Templi, & sanctum sanctorum; sic omnes ejus partes fuisse certarum rerum Typos: Atrium fuisse Typum Ecclesiæ comparate ad opera civilia, a religione nunquam avellenda, sed cum ea conjungenda: Sanctum Templi Ecclesiæ veræ his adhuc in terris militantis: Sanctum sanctorum Ecclesiæ in cælo triumphantis. Iam vero candelabrum 7. Lychnuchis instructum erat erectum in sancto Templi, quod erat figura Ecclesiæ in his adhuc terris militantis, in cujus medio sunt et lucent doctores, prophetæ & veri spirituales sacerdotes, quales omnes etiam N. Testamenti fideles esse sacræ paginæ perhibent. Quorum corpus in candelabro per lucernas h. e. suos Doctores & Ministros repræsentabatur, qui potissimum significabantur allegorice per lucernas ardentis in sancto Templi erectas, qui veris fidei & amoris oculis intuentur in lapidem fundamenti in sancto sancti. h. e. Iesum Christum in regno beatorum & in Ecclesia triumphante, & cui tantam angularem & fundamentalem lapidi superædificati sunt non tantum illi, sed etiam omnes fideles, ex ejus plenitudine accipientes gratiam pro gratia, & plenariam peccatorum per fidem remissionem consequentes.

§. XVII.

Hanc explicationem horum verborum probat series quoque harum rerum in duobus hisce capitibus gestarum, & immediate sibi ipsis invicem succedentium: Post exhibitos enim Prophetæ Cap. 3. v. 9. Septem oculos in lapidem unum directos, & post pacis Spiritualis inter gentes per prædicationem Evangelii promissionem, immediate efficacius excitatur Prophetæ ad ruminanda & animo suo volvenda ea, quæ jam dicta erant, sub Emblemate candelabri septem Lychnuchis instructi: Cujus etiam mysterium dum mentem Prophetæ lateret, & se manuduci in hoc mysterio ab Angelo folicitaret, paret Angelus ipseus vobis, mysteriumque hujus visionis aperit. Ubi pariter post præmissam, & cum consolatione Judæorum conjunctam interpretationem subjungit 7. oculos Domini. Quæ sine dubio eo nos ducunt, ut 7. oculos hic

\*\* Eleganter hæc illustrant ea, quæ habet Cæl. Vitring. Comm. in Apoc, pag 130.

hic loci memoratos, nihil aliud esse in allusione credamus, quam 7. lucernas e candelabro eminentes, magnoque Expiationis die accendi solitas, & lapidem fundamenti totidem quasi oculis respicientes.

§. XVIII.

Haud equidem ignoro magni nominis virorum cumprimis Cel. Vi-  
tringæ solidam & rationibus minime contemnendis suffultam conjectu-  
ram \* qui hic loci vocabulum עֵינַי verti debere censuit per fontem  
hac præcipue inductus ratione: quod sic ratio dari poterit, quare a-  
perturæ lapidis consequens & fructus statuatur deterfio sive amotio ini-  
quitatum &c. Sed respondeo 1. Verum equidem esse vocem illam  
significare fontem etiam sæpe, sed observantibus Lexicographis, ut Clar.  
Leich & Buxtorfio ad hanc vocem, sensu secundario, adeoque per  
metaphoram. Proprie itaque significat oculum; a propria autem vo-  
cis significatione ad impropriam minusque usitatam nisi justa de causa,  
argumentis scilicet, & circumstantiis Textus id postulantibus non est  
tutum recedere, cujus recedendi ratio hic nulla est. 2). Neque fatis  
convenienter phrasi dici potest, fontem esse supra lapidem, quum de-  
beat esse in lapide, aut potius in rupe. Quare præferimus versio-  
nem hanc: Oculos fore supra lapidem vel in lapidem directos, quo-  
niam particula Hebraica לְ qua hic usus est Propheta sæpissime poni-  
tur pro בְּ determinationem ad certum aliquod objectum significans,  
ut Ies. 17, 7. Ier. 11, 2. alibi que passim. 3). Duo hic subiecta acurate  
sunt distinguenda: Lapis nimirum, qui est Emblema filii Dei, Salva-  
toris nostri & fundamenti totius Ecclesiæ: & oculi qui sunt Emble-  
mata fidelium veris fidei & amoris oculis intuentium in Iesum Christum,  
& impetrantium plenariam peccatorum per fidem remissionem. Quo-  
rum Typus erant summi sacerdotis Josuæ focii, qui secus non essent.  
2). Distinguendum esse inter auctorem salutis adductæque æternæ Iusti-  
tiæ, & auctores impetrationis adplicationisque ejus: Illud in lucem  
tulit Iesus Christus; hoc debent ipsi fideles mediante fide & spiritu san-  
cto fidem in ipsorum cordibus excitante & operante impetrare. Secun-  
dum versionem autem illam sequeretur hic agi de adductione tantum  
æternæ Iustitiæ; non autem de adplicatione ejusdem beneficii, quod  
toti contextui & omni in hoc capite argumentationis seriei repugnare  
videtur. 2). Quod ad deterfionem iniquitatis adinet: Vocabulum  
Hebraicum שָׂוָה contendimus hic significare amotionem, recessionem

B 3

aut

\* Obi. II. c. 6. 5. 6. 7. 8. 9. &c. 10.

aut expunctionem ut Iob. 23, 12. Iof. 1, 8. Ief. 22, 25. Zach. 14, 4. alibique. Sicque transitive acceptum cum acculativo significabit aut amotionem aut expunctionem peccatorum nostrorum, non itaque deteriorationem, quod fundamentum esse volunt Viri doctissimi hujus versionis,

§. XIX.

Ex dictis itaque quæstio non levis momenti neque consideratu indigna se nobis excutienda offert: Siquidem hi 7. oculi Domini sint 7. candelabri aurei lucernæ v. 2. hujus capitis Prophetæ exhibitæ: Cur ergo spiritui sancto placuit hac varietate Emblematum uti in re ejusdem argumenti? Respondeo non id difficiles habere explicatus, siquidem notio Emblematis oculorum divinorum latius quadantenus pateat quam lucernarum. Notum enim est scripturam sacram frequentissime oculos Deo tribuere ad designandum methaphorice non tantum ejus favorem amorem, iram, indignationem, sed etiam ad indicandam ejus Providentiam & omniscientiam, qui omnipotente sua voluntate seu jussu ac vocatione, quæ de creaturis ab æterno decrevit, sine ulteriore nisu aut conatu ullo, quasi solo adspectu & jussu voluntatis suæ, non exequitur tantum singulisque momentis conservat, sed etiam omnia quæ in hoc universo contingunt adcurate in numero habet, *Nam ejus oculi vident, & ejus palpebra explorant filios hominum, Ps. II, 4.* Qui modus providentiæ divinæ præcipue in hoc temporis articulo, circa Judæorum collapsas res restaurandas se exerere debebat. Ubi inter mille pericula & totidem discrimina rerum accingebant se structuræ templi Hierosolymitani. Verum sub consideratione providentiæ divinæ quatenus illa toti Trinitati communis est, quam etiam hinc non excludimus, ulterius in hac expositione progredimur, & œconomicam spiritus sancti operationem hic subinnui demonstrabimus.

§. XX.

Habemus hac in re nobis præeuntem Johannem in Apoc. 5, 6. Ubi Christum Agnum Dei 7. oculorum Emblemate ornatum nobis proponit, qui dicuntur septem esse spiritus emissi in omnem terram. Quo ipso indicatur summa Christi potentia, universalis providentia, quam exercet in Ecclesiam per totum mundum dispersam. Quam in rem notabilia sunt verba Cel. Vitringæ \* quam dicit: Christum Dominum  
" Ecclesiam suam universali cura prosequi, omnia illi necessaria sub mi-  
"nistrian-

\* Comm. in Apoc. p. 210.

“ niſtrando per ſpiritus ſuum, qui Chriſti Ieſu ſecundum ejus excel-  
“ lentiorem naturam ſpiritus eſt œconomicè illi ſubordinatus omnium  
“ ſpirituum Princeps, per quem totam adminiſtrat Eccleſiam per omnia  
temporum intervalla & ſtatus. Adeoque hic per 7. oculos Chriſti de-  
ſignari ſpiritus ſanctum reſpectu multiformis varietatis donorum ſuo-  
rum, cujus ope operatus eſt in omnium temporum ac ætatum fide-  
libus, & quidem propter conformitatem & ſimilitudinem operationis  
ſuæ per media ſapienter ad id deſtinata, cum generali providentia di-  
vina toti S. S. Trinitati communi, qui ab ipſo eſt ἀχώριστος inſeparabi-  
lis, & quaſi in ipſo, Joh. 16, 14. 15. Quique ſecundum œconomicum  
munus ſibi demandatum auctor eſt omnis lucis & veræ lætitiæ, & in  
quo divinæ eſſentiæ lux & intelligentiæ qua Pater & Filius duæ S. S.  
Trinitatis perſonæ gaudent, tanquam in ultima ὑπόστασι veluti refle-  
ctuntur. Quod cum grano ſalis accipiendum eſſe velim. Simili modo  
quo ſpiritus dicitur ſcrutari etiam profunditates Dei: *Quemadmodum  
enim dicente Apoſtolo, nemo novit que ſunt domini niſi ſpiritus hominis, ita  
etiam que ſunt dei nemo intelligit niſi ſpiritus Dei, I Cor. II, 11.*

§. XXI.

Hi autem oculi Chriſti domini non tantum illuminant fidelium &  
electorum Dei mentes, ſalutaris doctrinæ cognitione eos imbuendo, fi-  
dem in ipſis per occultas & mirabiles ſuas operationes mediante præ-  
dicatione verbi Dei excitando, deſiderio cœleſtis hæreditatis ipſos ad-  
ficiendo, ſanctimoniam non in externa morum puritate conſiſtentem.  
ſed in interna puritate mentis, non lætitiæ externæ, vagæ, corporalis,  
ſed internæ veræ ſpiritualis in ipſis producendo, ſed etiam ex homini-  
bus a veri Dei notitia aut alienis, aut actu veræ Eccleſiæ membris, ſed  
ad promovendum opus divinum propter conditionis tenuitatem, aut  
propter rerum circumſtantias, quibus res innexæ ſunt minime habiles,  
egregia & eximia Dei organa faciendo, ut ex illis in populum eccle-  
ſiamque Dei ingentia deriverentur bona, reſque divina lætærum confequa-  
tur ſucceſſum. Ut hic factum eſt per Zerubabelem, Zachariam, Jo-  
ſuam, Ezram, Nehemiam, eorumque in opere Domini ſocios, illos  
que quorum mentionem §. VII. fatiſ prolixè fecimus. Quibus quum  
maxime communicentur dona ſpiritus S. quorumque opera cum præci-  
pue utatur in gubernanda & conſervanda Eccleſia; rite recteque, o-  
culorum myſticorum Jehovæ nomine inſigniri poſſunt.

§. XXII.

Hi vero myſtici 7. oculi Jehovæ doctores nempe Eccleſiæ & ad  
opus

opus aliquod arduum exequendum a spiritu S. excitati eximii Ministri, egregie poterant representari per 7. e candelabro aureo eminentes lucernas, & radios suos quaquaversum proiicientes: Habet enim Christus D. Ecclesiam veram instar candelabri in mundo lucentem, ex omni gente natione, & lingua collectam, & pretioso suo sanguine redemptam, & habuit quoque olim ecclesiam Judaicam, quæ dicitur pupilla Dei, Deut. 32, 10. Zach. 2, 8. Habet suos Ministros totidem quasi lucernas & lampades ardentis, & oleo spiritus S. copiose animatas, qui totidem lampadum instar oleo mystico spiritus S. instructi, salutari religionis cognitione & donorum spiritus S. uberrima copia imbuti, felici Ecclesiæ propagandæ confirmandæ & conservandæ navarunt operam, egregia fidei suæ documenta, mediis etiam in persecutionibus ediderant, lucem quam a Patre omnium donorum inexhausto fonte acceperant, totidem quasi lampades in mundo quam lætissime sparserunt: Habet medium efficacissimum quo voti sui compos reddi, & quo instructissimos in messem suam ad exequendum voluntatis suæ propositum emittere possit Athletas, septem nempe oculos qui est spiritus S. cum multiformi donorum suorum varietate instructus, qui potente sua & efficaci operatione omnia illa quæ jam breviter anticipata sunt in mediis talibus ad id a Deo ordinatis, executus est. Hoc moliebatur etiam simili via, sed modo sapientissimo, occasione restituendi Templi Hierosolymitani, dum non armis, non robore, non vi externa opus illud sanctissimum perficiendum promittit Deus, sed spiritu suo, qui nunquam deferturus est Ecclesiam, sed eam protegeturus, fofurus, & ad consummationem sæculorum potenter conservaturus.

§. XXIII.

Verum in allusione hac 7. oculorum Domini ad 7. aurei Candelabri lucernas ardentis non subsistere scopum spiritus S. habita ratione status, & circumstantiarum temporis, quibus res Judæorum hoc tempore innexæ erant, facile quivis augurari potest. Erant enim Judæi tunc temporis adhuc participes captivitatis Babylonicæ, & absoluto Regum Perfarum dominio obnoxii, quo tempore Zacharias etiam a spiritu S. actus vaticinationes suas vulgabat, quorum favorem omnibus quibuscunque poterant modis captare debebant; præcipue quum spes illis in dies major majorque de restituendo Templo ex coniuventia & propensione Regum Perfarum adfulgebat; Regibus non solum libertatem propositum illud exequendi concedentibus, sed sumtus etiam ingentes ad promovendum



wendum opus Dei per Præfectos suos conferre iubentibus, Esr. 6, 4. Ita ut durante hoc favore in opere Domini felici pede pergere poterint provida sine dubio Dei cura, qui mediante hominum ministerio res populi sui promovere confuevit.

§. XXIV.

Hoc fundamento factō, & status circumstantiasque ejusdem temporis relate ad Judæorum res adtenta mente perpendendo, intrepide pronunciare audeo: Spiritum S, hic per 7. Domini oculos totam terram perlustrantes, alludere simul ad 7. Regis Perfarum primarios Ministros, per quos solebant populos sibi subiectos gubernare, Regni sui negotiis abunde prospicere, & cognoscere quid rerum in toto suo Regno gereretur agereturve. Quo supposito, non dubito te B. L. statim in limine a me postulaturum, ut tales primarios Regum Perfarum Ministros oculorum nomine adpellatos fuisse ex testibus omni fide dignis, demonstratum dem. Faciam itaque & te voto tuo potiri tam diu studebo, usque dum fatietas tuæ diligentia & curiositati modum & limites ponet.

§. XXV.

Quum ergo hæc sit res facti, utar testimoniis veterum eorumque delectum faciendo, præcipuorum saltem testimonia in medium proferram. Cum primis habemus Apuleum \* ex Arist. aulae Persicæ factum describentē huius rei testem, qui dicit: *Sed inter eos Aures Regiæ & imperatoris Oculi quidam homines vocabantur, per que officiorum genera Rex ille ab hominibus Deus esse credebatur.* Habemus & testimonium Suidæ qui sic scribit: *ὄφθαλμός βασιλέως, ἀπὸ τῆς μεγάλης δυνάμεως παρὰ βασιλεῖ. ἔτο καὶ ἐκάλουν Σατραπίας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ. ὡς βασιλέως ὄτα, τῆς ὠτακῆσας δι' ὧν ἀκῆει τὰ πράττόμενα ἐκάστω πανταχῆ.* Oculum Regis i. e. qui multum apud Regem potest, sic autem vocant satrapas, per quos rex omnia videbat: Ut Regis Aures adpellant eos, per quos Rex audiebat ea, que ubicunque a quolibet gerebantur. Sic Aristophanes in Com. quæ, *Ἀχαρνῆς* inscribitur: *καὶ νῦν ἀγοντες ἤκορον ψευδαετάρων τῆ βασιλείως ὄφθαλμόν.* Et nunc una huc adducimus Pseudoartabanum Regis Oculum. Ad quem locum Scholiastes sic habet: *ἔτο ἐκάλουν τῆς Σατραπίας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ. ὡς βασιλέως ὄτα, οἱ ὠτακῆσαι, δι' ὧν ἀκῆει τὰ πράττόμενα ἐκάστω πανταχῆ: οἷς ὡς συνάχοις χρεῖται.* Sic vocant satrapas, per quos, Rex omnia videt: *Quemadmodum Regis Aures vocantur Otacusta, quorum delatione que ubiuis locorum a quouis geruntur di-*

C

scit:

\* In libro de Mundo.

*scit: Quibus veluti Regni sui sociis utitur. Similiter Philostratus in vita Apollonii\* idem ipse alio in loco ejusdem libri.\*\* Σατραπῆς καὶ τῆ Φερσῶ ταύτη ἐπέτατον βασιλέως τῆς (οἴμα) ὀφθαλμοῦ. Satrapa huic custodia Praefectus erat, ex iis unus, qui Regis oculi solent adpellari: Oportuna etiam sunt in hanc rem verba Luciani de mercede conduct. Aures enim & oculi Regis multi sunt, qui non solum vera vident sed semper aliquid addunt ne dormire videantur. Nec non Aristidis\*\*\* Xerxis † aliorumque innumerorum, quos nec iuvat nec vacat nunc allegare. Hinc vulgo apud Persas in Proverbium abierat: Persarum Reges multos habere oculos auresque permultas. Vnde Dio Chrystost. plurimorum oculorum & aurium apud Persas obsequia Orat. III. de Regno, velut rem absurdam ridet, referente Schol. ††*

§. XXVI.

Hic autem Doctores & Praefectos oculos adpellandi mos, non infrequens erat in aliis etiam linguis & nationibus. Sic legimus Num. 10, 31. Mosen adlocutum fuisse socerum suum Hobabum in haec verba: *Vt sis nobis oculus i. e. duce & viae monstratorem te nobis in hoc deserto errantibus viae locorumque ignaris praebere, Job 29, 15. Oculum eram ceco & pes claudo.* Sic Paulus Apostolus primarios Ecclesiae doctores in reliquo Ecclesiae corpore comparat oculis. Nec non apud Rabb. ad Targ. Cant. 4, 1. Oculi exponuntur per Seniores & Eccles. Praefectos.

§. XXVII.

Porro hanc sententiam non parum commendat, quod fundamentum habeamus 7. praecise consiliariorum Regis Persarum, quorum consiliis in cunctis agendis & iudicandis utebantur Reges Persarum. Constat vero hoc ex L. Eth. 1, 12. 13. 14. adductis nominibus quoque singulorum consiliariorum quos & Iof. ††† & Esthera Ahasverum super contumacia uxoris suae consuluisse memoriae produnt. Nec non ex diplomate a Rege & 7. Consiliariis Ezrae concessa, quum ad dona amplissima a Rege & proceribus Regni Persici ad cultum veri Dei sponte oblata secum Hierosolymas deferenda, & litteras ab Artaxerxe sibi concreditas Aerarii Regii Praefectis Trans-Eufratensibus reddendas amandaretur, Ezrae 7, 14. Ubi dicit se a Rege & 7. Consiliariis missum fuisse.

§. XXVIII.

\* libr. I. 8.

\*\* libr. I. 15. initio.

\*\*\* Orat. Panegy. Cyzic.

† Chil. 10. C. 35.

†† Ex Arist. libr. 3. Pol.

††† Antiq. Jud. I. XI. c. 6.

§. XXVIII.

Habemus Platonem quoque \* de Dario scribentem, quod postquam ad principatum pervenisset, in 7. partes totum suum Imperium partitus fuisset, atque ita sanxisset distributionem vel potius delineationem illam Cyri quam Persis pollicitus fuerat. Quæ quidem & Josephi testimonio \*\* & Ezræ \*\*\* de constitutionibus Darii Hytaspis repugnare videntur: Quorum uterque scribunt Darium CXXXVII. Satrapias fecisse. Verum ut has repugnancias aliquo modo in concordiam reducamus, forsitan huic coniecturæ hic locus erit: Darium equidem constituisse totidem Satrapias quot nobis & Jos. & Ezra referunt, iisque totidem Satrapas præfecisse; sed simul illis omnibus 7. præfecisse cum summa potestate viros, instar numeri septenarii consiliariorum, qui supremam haberent auctoritatem administratæ Provinciæ rationem exigendi a minoris ordinis Satrapis & præfectis, Regemque in omnibus tanquam totidem Oculi certiores facerent; Simili modo, quo Darius etiam Medus omnibus suis Satrapis tres cum summa Potestate præfecerat viros, referente Jos, Antq. Jud. L. X. c. 14. Quorum in provinciis minorum Satraparum aduentu tanto gaudio Plebis animus adificiebatur, quasi Regem suum actu præsentem in terris suis contempleretur, Regisque filium, Fratrem, Oculum, in suas terras descendisse sermonibus iactaret, Quæ de re notabilia sunt verba Xenophontis † quæ in versione sic se habent: *Is ubi rem audit, de eo qui præter imperium sese gestit, deliberat: ac sepe numero ii, de quibus dicitur Regis filius descendit, Regis frater, Regis oculus.*

§. XXIX.

His ergo in testimonium huius rei præmissis, non sine fundamento contendimus spiritum S. per 7. oculos Domini hic potuisse adposite & commode alludere ad 7. Primarios Regum Persarum Ministros: sive illi fuerint 7. præcise Consiliiarii, sive ab his diversi, Satrapæ nempe vel eorum summi inspectores cum summa potestate ipsis præpositi, quos ex variis productis, testimoniis certum est oculorum nomine insignitos fuisse, aut per comparisonem: aut per oppositionem: Per comparisonem: ut indicaretur inter Judæos quoque, in ipso etiam corrupto Reip. Judaicæ statu non defuturos tales eximios Ministros, qui rebus a Deo ipsis commissis tanquam totidem Oculi diligenter inspicerent, res dubias

C 2

\* 1. 3. p. 292.

\*\* Antiq. l. XI. c. 4.

\*\*\* 1. 311. c. 6.

† l. VIII. *παῖδ* p. 183.

dubias si quæ suborirentur ad Deum referrent, precibus suis pro populi peccato apud Deum intercederent, omnia quæ ad incrementum aut status Ecclesiastici aut politici pertinerent diligenter & fideliter obirent, per quos totidem quasi oculos cognosceret Deus quid rerum apud ipsos gereretur, & quomodo cuiusque status sese haberet. Superius vero productis testimoniis addimus hoc etiam: Quod Xenophontem \* de Agesilai laudibus dicentem, sed non nihil de Regum Persarum quoque moribus scribentem, observemus eadem phrasi utentem qua spiritus S. apud Prophetam nostrum usus est, quum dicit: τῷ πέρσῃ πᾶσαν γῆν περιέρχοντα &c. Persarum Rex habet quosdam qui terram universam circumeant &c.

§. XXX.

Sed potuit etiam per oppositionem eo alludi, quod non raro in operibus divinis factum fuisse omnibus notum esse debet. Sic septem stellas in dextra Christi Apoc. 3. i. oppositas fuisse fastui Domitiani divinitatem adfectanti & superstitioso Iudæorum errori septem planetis totidem Angelos præsidens præficiendi observavit Cel. Vrimcet \*\* Quod licet vastum illud imperium Persicum instar magni alicujus montis ipsorum conatibus adversari videatur, Rexque illorum sit omnium mundi Monarcharum potentissimus, qui plurimorum oculorum obsequia habens instar Dei sit quasi omniscius, per quæ quasi uno intuitu omnes Regni sui res cognoscere jactet; nequaquam tamen ille sit comparandus cum omniscio 7. oculis Domini utpote, qui mortalitati & fragilitati humanæ sit subiectus, cuius potentia, a potentioribus 7. oculis meis facile limites poni possunt, quos transgredi donec quidpiam humani spirabit minime ipsi licebit. Ast non ego talis sum, non ego tali hominum ministerio ad cognoscenda ea quæ in universo orbe terrarum geruntur, indigeo, sed cui nota sunt omnia mea opera ab æterno qui actiones creaturarum liberarum non tantum præscio, sed etiam decerno, quique nunc etiam effecturus sum per omnipotentem & efficacem oculorum meorum operationem, ut vobis impedimento hocce vastum Imperium non sit, sed evadat in æquam planitiem, ad operisque huius absolutionem vobiscum concurrat.

§. XXXI.

Porro pro superius excussa horum verborum significatione apprimè facit numerus septenarius, utroque in loco deprædicatus, & a Johanne Apoc. non simplici vice repetitus. Qui numerus in sacra S. admodum frequens & celebris est, & notus unicuique cui scripturæ S. lectio curæ

\* I. de Agesilai laudibus p. 531.

\*\* Obs. Miscell. I. I. c. 6.

curæ cordique est. Dupliciter autem in scriptura S. usurpatur; vel pro perfecta quantitate, vel pro numero multitudinis siue infinito aut indeterminato. Illud constat in creatione totius univ[er]si, intervallo sex dierum septimique benedictione, Gen. 22. Mandatoque de observatione ejusdem, Exod. 9, 10. Ex observatione septem septimanarum in die Pentecostes, Lev. 23, 15. & totidem annorum in Iubilæo, Lev. 25, 8. Hoc ex Prov. 26, 25. *Ne credideris ei quoniam 7. abominaciones in corde eius*, hoc est multæ aut innumeræ, quarum numerus iniri non potest. Sterilis peperit 7. I Sam. 2, 7. h. e. numerosam prolem. Septies in die laudo te Psal. 119, 164 h. e. sæpe, siue identidem non cesso te laudare, justitiamque tuam deprædicare. Hoc sensu etiam hic loci sumi contendimus numerum septenarium, pro variis nempe & infinitis spiritus S. donis, qui Ies. 11, 1. 2. quoad varias & distinctas suas in animis credentium operationes septies repetitus occurrit, ubi dicitur: Et requiescet super ipsum spiritus *Jehova*, spiritus *Sapientia* & (spiritus) *Prudentia*, spiritus *consilii*, & (spiritus) *veritatis*, spiritus *scientia* & spiritus *reverentia Domini*. Quam donorum suorum multiformem gratiam non denegavit Israelitis quoque ex captivitate Babylonica reversis templique structuræ restitutionem molientibus. Quæ tamen dona ad diversas N. Test. ætates siue periodos a magni nominis viris adcomodantur, quod etiam certo sensu fieri posse non negamus, sed ulterius prosequi nunc instituti ratio non permittit.

§. XXXII.

Non multum memorantur diversorum interpretum sententiæ, quomodo explicandam hanc phrasin voluerint, & quid per 7. oculos Domini significari contenderint, vt Lyrae, Josephi Medi & Cornelii a Lapide: quorum illi per 7. oculos Domini universitatem Angelorum coram Deo assistentium, hi vero septem Archangelos Providentiæ Divinæ administratos subinui & significari voluerunt: Præterquam enim quod hæ sententiæ ex ante fuisse dictis corruere debeant, neque se specie etiam aliqua commendare possint: Quis sibi persuadere in animumque inducere poterit, Johannem in Apocalypsi solemniter voto precaturum fuisse 7. Ecclesiis pacem & gratiam a spiritibus creatis? Quod omnino alienum fuisset a communi Prophetarum & Apostolorum scopo & doctrina, qui passim in scriptura s. Deum imprimis spiritum S. Auctorem & Collatorem omnis gratiæ & boni spiritualis nobis proponunt; spiritus vero creatos illa non posse præstare apertis verbis prædicant. Jam vero ut supra non simplici vice repetitum fuit, septem oculi Domini & 7. spiritus permutantur?

22  
R M R M  
tur: si itaque per 7. spiritus Angeli creati intelligi non possint tum neque per 7. oculos Domini; etsi septem spirituum emblemate uberrima donorum spiritus S. copia nobis proponatur; tum aut universitatem Angelorum coram Deo adfissentium, aut 7. Archangelos Providentiæ Divinæ administratos, non est par ut intelligamus quum præcipue 7. Archangeli divinæ providentiæ administrati fabulam redoleant Iudaicam, & neque satis firmo innitantur fundamento. Quam sententiam Christianis a Gentilibus quondam obiectam recensuit & solide refutavit Origenes contra Celsum. In qua sententia refellenda ut in præsentia prolixiorum collocemus operam, non est necesse.

§. XXXIII.

Observatu præterea non indignum erit, quidam sibi velit hoc 7. oculorum Domini prædicatum, cum dicitur oculos Domini perlustrare omnem vel totam terram. Nonnullorum interpretum menti hæc insedit sententia: Quod per terram intelligant terram Chaldaeam, quod nempe Deus populos istos ad mitiorem lenioremque perduceret mentem ut non amplius calamitates & afflictiones Israelitarum quas hæcenus perpassi fuerant, novis additis cumularent, sed ad mentem placidiorem redirent gratumque erga Judæos ipsos juvando & ad restaurandam ipsorum Rempubl. politico Ecclesiasticam subsidia suppeditando animum testarentur. Alii volunt terram Iudaicam hic subintui: quatenus Deus efficeret, ut non amplius immorigeri homines ibi reperirentur, sed unanimiter ad opus Dei perficiendum concurrerent. Et constat Populum Iudaicum in oppositione aliarum gentium quæ sæpe sub maris & deserti Emblemate in scriptura s. proponuntur, terram vocari, ut Ioel. V, 1-6. Zach. 1, 1-10. 11. Psal. 35, 20. Alii opinantur Ecclesiam hic ex omnibus gentibus collectam, quæ alias nomine mundi, familiarum terræ, & omnium gentium venit, designari. Nobis firma fiat sententia neutram harum expositionum posthabendam esse sed omnes has interpretationes firmo hic stare posse talo, sequentibus demonstrabo argumentis.

§. XXXIV.

imo. Nemo negare potest Deum speciali sua Providentiâ quam oculos Dei in scriptura sacra superius sæpe denotare diximus, per arcanam & invisibilem spiritus sui operationem inclinasse corda summorum tunc apud Persas Imperantium eorumque præfectorum, ut non tantum redeundi Iudæis potestatem ex captivitate Babylonica fecerint, ut mons ille magnus qui huic negotio obesse videbatur, e medio removeretur, in æquamque planitiem redigeretur, sed etiam eo addux-

adduxisse, ut de Iudæis porro quoque benemereri pergerent. Non enim Deus semper per se & immediate cum hominibus agit, sed utitur variis mediis, adhibendo in obsequium hominum ministeria, ut Ecclesiam suam omni externo robore nudatam in tutiorem colloquet portum. 2do Neque hoc quoque quispiam inficias ibit Deum eiusdem spiritus sancti ineffabili & efficaci operatione excitasse inter Iudæos eximios & ad opus Dei perficiendum aptissimos viros, ut §. VII. monuimus, qui virtute spiritus S. de Imperiis hujus Mundi huic operi omni nisu & conatu obstantibus, imprimis de florentissimo & potentissimo Imperio Persico triumpharent, Templique structuram, feliciter absolverent. Qui bono animo & firmo proposito esse juberent cæteram etiam Iudæorum Turbam, neque animos ipsorum circa operis difficultatem labascere sinerent. Per quos totidem quasi oculos spiritus S. hoc & feliciter executus est. 3. Spero etiam hoc mihi facile concessurum quempiam, Deum simul hic promittere, se non tantum invigilaturum terræ Iudaicæ, & restituendæ per viros eximios Reipub. Iudaicæ Politico Ecclesiasticæ; sed etiam curaturum ut sub Oeconomia illa mox per Messiam erigenda, Gentes æque ac Iudæi, hi, relicto terribili Moysi Tribunali, illæ ultimum vale cupiditatibus & vanitatibus mentis suæ dicentes, ope Apostolorum Evangelii Doctrinam adnunciantium, in omnemque orbem terrarum emittendorum conflaturæ sint; ad novam Hierosolyman, quaesituræque verum Deum in communionem sanctorum, fide & spe vera in Deum Christumque donandæ. Qui etiam officio suo rite restequæ tempore suo functi, primo in Iudæa munere Apostolatus inaugurati, tum in varias Mundi plagas dispersi, florentissimisque in multis Mundi partibus, cum primis Asiæ inferioris Regionibus, Cappadocia nempe, Ponto & Galatia, ut Epistolæ ad Corinthios, Colossenses, Philippenses, & Thessalonicenses docent, Cætibus constitutis, numerosum Christo Populum nasci fuere, testantibus hoc ipsum septem quoque Epistolis in Apocalypsi commemoratis.

§. XXXV.

Huc etiam referendos præcipue illos censeo, qui e medio Gentilismi exorti, ipsis Apostolis in munere immediate successerunt. Quorum Ministerio tam longe lateque propagatum fuit Regnum Dei, ut vix esset jam sæculo secundo Regio, in qua Christianismi vestigia non conspicerentur: emergentibus novis in Germania, Gallia, Hispania, Britannia, quin apud ipsos Dacos Mauros, Sarmatas, & Scythas cætibus,

29

m



coetibus, referente Tertulliano \* Ita ut nulla amplius natio esset, sive Græcorum, sive barbarorum, sive candida inhabitantium testis, sive humiles casas, inter quas gratiarum actiones & supplicationes non essent ad Patrem omnium rerum Creatorem in nomine Iesu, ut loquitur Iustinus sæculi secundi scriptor. Quum autem spiritus S. hæc omnia per media ad id a Deo ordinata non secus ac Templi secundi structuram, perfecerit, Oeconomiam Novi Testamenti per Apostolos eosque qui immediate ipsis successerunt, non tantum exorsus fuerit, sed etiam stabiliverit, ita ut brevi tempore stupendos in universo orbe terrarum Evangelii Doctrina, sine vi & potentia externa fecerit progressus; eoque hic significari poterat Ecclesia quoque N. T. per spiritum S. erigenda & consummanda.

§. XXXVI.

Hunc etiam in finem septem oculi Domini hic commemorantur, ut eoque innueretur, spiritum S. non destitui illa donorum suorum uberrima copia, qua fide nitentium, charitate ferventium, donis spiritus S. & quibuslibet virtutibus pulcre exornatorum quaquaversum gratias virtutum suarum odoribus flagrantium, fideique suæ non conservandæ tantum, verum etiam propagandæ intentorum, Zelo pro Divina gloria & causa Christi Regis ardentissimorum, nulla metuentium pericula, nullisque langvescentium malis, Ministrorum suorum in Ecclesiam ejusque propagationem magnum emittere potest numerum. Quales fuerunt tum tempore, restituendi Templi, tum omni tempore propagandæ Doctrinæ veræ intenti viri. Ita ut etsi nonnulli ferocientis Diaboli adversus Ecclesiam insultibus, ejusque satellitibus cursum veræ Doctrinæ omni nisu sufflaminare conantibus succumberent, tamen potens esset spiritus S. defectum illum aliis emissis excitatisque compensare & resarcire. Vel 2. ut indicaretur gradus varietasque donorum spiritus S. Ecclesiæque Ministrorum, secundum illud Pauli ad Eph. 4, 11. ubi dicit Christum D. dedisse alios quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad coagmentationem sanctorum ad opus Ministerii, ad edificationem inquam corporis Christi. Quæ donorum in Ministris & Doctoribus Ecclesiæ varietas & gradus præcipue in exordio N. T. notabilis erat: quando erant Apostoli immediate, a Deo vocati, acti, inspiratique, & promovendo cursui Evangelii specialiter intenti. Erant quoque Prophetæ, facultate futuros eventus prædicendi præditi, ut Agabus Act. 21. 10. per

\* L. contra Iudæos C. VII.



per quos spiritus S. futura vincula & afflictiones Pauli per singulas Civitates prædicebat. Erant Evangelistæ, focii Apostolorum comitesque ut Lucas & Marcus, quorum opera Apostoli in Evangelio promovendo utebantur. Erant Pastores & Doctores qui certo Cœtui inserviebant, docendo populo, refellendis hæresibus, & administrandis Sacramentis vacantes. Quarum licet facultatum plures etiam uni competebant, & competunt, manebant tamen & manent distinctæ illæ facultates & officia. Quorum Ministrorum varietatem & gradum deprehendere nobis licet in Ministris quoque V. T.

§. XXXVII.

Hanc denique Interpretationem (ut breviter quæ fufius executus sum in Compendium mittam) prono alveo fluere propter arctum lucernarum Lychnuchi ardentium, cum ellychnio illudque animante oleo, nexum: Diximus enim Candelabrum 7. Lychnuchorum lucernis instructum denotare Ecclesiam veram, Catholicam, societatem electorum & credentium respectu præcipue Ministrorum & Doctorum in ea lucentium, qui præcipue per lucernas e Candelabro eminentes & Oleo, e lenticula mediantibus tubulis animatas significabantur, & 7. oculos in loco nostro esse vel respicere septem illas aurei Candelabri lucernas, quos itidem 7. oculos relate ad gubernationem Mundi; quoad Oeconomicum munus spiritui S. demandatum esse spiritum S. cum multiformi donorum suorum varietate instructum, eumque sub 7. etiam spirituum Emblemate proponi, facta allusione ad 7. Lychnuchorum ellychnia oleo animata. Quo spiritus S. donorum largo imbri, quum maxime Doctores & ad arctum aliquod opus pro Ecclesiæ incremento exantlandum excitati Ministri perfundantur; eopse designari hic Mysticos quoque Iehovæ oculos, quorum ministerio spiritus S. Ecclesiæ suæ his in terris militanti providet & prospicit. Ex quibus patet hanc illustrem visionem cum 7. oculis Domini ad eam respicientibus, respicere primo Ecclesiam Iudaicam, structuramque Templi externi ope spiritus S. per Zerubabelem aliosque similis generis Ministros perticiendam, & ad exitum perducendam. Tum secundo etiam Ecclesiam N. T. per Apostolos eorumque immediate præcipue successores fundandam & stabiliendam.

§. XXXVIII.

Nihilque obstat quod hæc Emblemata aut sub his Emblematis representatæ res nonnunquam scorsim & separatim ut fit in Apoc. memorentur, hoc

enim fit pro subjecta quam tractant materia, quam memorasse scriptori S. pro Argumento, quod tractabat, satis erat. Arcuissimus enim semper fuit, est & erit rerum sub his Emblematicis significatarum nexus; arcuissimus enim licet pomæria Ecclesiæ ante vocationem Gentium clauderentur Cancellis, & non nisi in Gente Iudaica vera terminaretur Ecclesia, eaque non semper pari felicitatis passu progressa & sepe spiritum ferme ultimum trahens, cingentis Diaboli machinationibus, & variis Persecutionum procellis obnoxia, tristem & valde lugubrem subinde indueret faciem, qua facie conspiciendam se exhibebat hoc etiam tempore quum ad potentissimas Haggæi & Zachariæ Conciones Templo per multos annos in cineribus & ruinis jacenti manum admoveere inciperent. Quod fatum æque Ecclesiam N. T. sub diversis temporum intervallis & periodis preffit, cuius rei testes sunt famosæ illæ sub Romanis Imperatoribus Persecutiones, aliæque innumerae, quas ad hæc usque tempora veri Christi fideles pertulere, quæ mox exiguo orbis terrarum angulo conclusa, mox ab hostibus suis undiquaque circumsepta, pressa, & tantum non oppressa fuit. Non tamen in Mundo vera unquam Ecclesia desit, sed a spiritu Dei sustentata, animata, corroborata, a veritatis hostium probris & invidiosissimis calumniis per media totidem quasi instrumenta lucentia vindicata, feliciter de hostibus suis, triumphum egit, ægetque ad consummationem usque sæculorum.

#### T A N T U M.

#### A D N E X A.

- I. Nec Mysterium Trinitatis rationem, nec ratio Mysterium Trinitatis evertunt.
- II. Neque Religio Naturalis Revelatæ, nec Revelata Naturali contradicit.
- III. Inde tamen non sequitur Religionem Naturalem esse sufficientem ad salutem.
- IV. Errant vehementer, qui existentiam quidem divinam admittunt, ejus vero Providentiam quo ad res mundanas negant.
- V. Neque ii a simili errore immunes sunt, qui hominem nulla vel naturali vel divina obligatione ad certas actiones faciendas vel omittendas, obligatum dicunt, sed per se omnes indifferentes ajunt.
- VI. Iudæi quoque non expendunt clarissima Prophetarum de tempore adventus Messiæ Oracula, quum Messiam suum adhuc anxie præstolantur.
- VII. Licet speciosim non destituantur argumentis, qui Angelos tenuissimos saltem corporibus junctos esse statuunt; tamen firmioribus innituntur rationibus, qui eos meros spiritus esse volunt.

NOBI

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
DISSERTATIONIS AUTORI,

S. D.  
PRÆSES

**R**eddo Tibi Vir Doctissime! quam mihi perlustrandam exhibuisti, Dissertationem, absque ullis meis aut animadvertionibus, aut emendationibus additis, talem, qualem eam e manibus Tuis accepi, & qualem eam ipse, in publicum prodire voluisti. Argumentum, in quo illustrando versaris, ex illustri visione Prophetica Zachariae desumptum, cum haud exiguis difficultatibus sit obnoxium, atque in diversas, interpretes, opiniones traxerit, non absque ratione Tibi dignum visum fuit, in quo vires experireris, quoque, quos in studio Prophetico, feceris progressus, publicè testatum faceres. Quod, quomodo executus sis, rerum periti judicabunt, neque, quæ ingenio & doctrinae Tuae debetur, laudæ Te frustrabunt. Ego, si mihi ingenuè mentem aperire licet, quanquam dissimulare nolim, me, si meo nomine, erudito orbi exhiberetur dissertatio, in explicando viso Prophetico, paulò aliter rationes subducenturum fuisse, non possum tamen non, & laudare pulcherrimum conatum, & exosculari, quam in scrutando verbo Prophetico, adhibuisti diligentiam, & primum hoc ingeni, eruditionis & scientiæ publicum specimen ex animo gratulari, & in erudito studio currere incipienti, calcem addere. Cumque, pro Tuo in me affectu, conflictus Academici Moderatorem me Tibi eligendum, existimaveris, faciam quidem, quæ mearum erunt partium, persuasus ceteroquin, Te opera mea, vix indigere, utpotè qui Tua, egregiè & felicissimè defendere nosti. Caterum cum absoluto jam studiorum curriculo, reditum, in Patriam mediteris, Deum oro ut se Tibi in itinere comitem & Ducem præbere Teque saluum & sospitem, Tuis reddere velit. Benedicat Deus laboribus Tuis eosque ad Patriam & Ecclesiam, variis hucusque calamitatibus pressam, nec tamen oppressam, commoda longè amplissima dirigat. Mei vero memoriam, ut Tibi commendatam habeas, meque amicitia Tua continuo prosequi velis peto & contendo. Dabam, Francofurti ad Viadrum d. VII. Jun. MD CCLI.

C 2

Quam

Doctrinaeque *Tuae* nobile prodis opus;  
Ex animo toto *Tibi* gratulor optime Amice!  
Proque salute *Tua* debita vota fero.  
*Te* saluum servet celsi Moderator Olympi  
Conatusve *Tuos* prosperet atque beet!  
*Tu* patriæ fines & dulcia qui petis arva,  
Vive diu felix! Esto meique memor!

Paucula hæcce Doctissimo Domino Auctori  
Amico suo suavissimo in sui memoriam  
adponere voluit, debuit Opponens,

IOHANNES GODOFREDUS ANDERSCH,  
Lesna - Polonus, S. S. Theol. Stud.

\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*

Ingenii vires sacro molimine monstras:  
Omne cum fausto Coelica testa petis;  
Septem oculos Domini referas nam mente sagaci,  
Lumine qui lustrant, quæ latuere loca,  
Inquiris, Veterum solvis penetralia vatum,  
Luce suaque beasmystica verba Dei.  
Hæc sunt ingenii sane monumenta beati?  
Pectoris atque pii quod movet ipse Deus.  
Eja age! sic pergas, sic gloria surgit ad Astra.  
Sic olim studii præmia larga feres.  
Opto adeo facili Curfu Deus orsa secundet,  
Ut peragas semper munus honore tuum.

Grato animo sinceroque adfectu adponere  
voluit, debuit.

STEPHANUS DALNOKI,  
Transylvano Hungarus S. S. Th. S.

CORRIGENDA.

Pag. 3. §. 5. lin. 6. leg. Candelaborum. p. 5. lin. 28. leg. Martyris. p. 10.  
§. 14. lin. 3. leg. spiritus sancti p. 11. lin. 1. leg. Malaëis. Ibid. §. 15. lin. 5.  
leg. & totidem spirituum. p. 13. in not. Obs. l. i. c. 6. §. 6. &c. p. 15. §. 20.  
lin. penult. leg. nemo novit quæ sunt hominis &c.





Maerlein p 25

13. 6.  
27.



Id 6020


(I)

X 2284726

mt







DISSERTATIO PROPHETICO-TYPICO.  
EMBLEMATICO-THEOLOGICA  
EX ZACH IV. v. 10. 2p  
DE  
SEPTEM OCULIS DOMINI  
PERLUSTRANTIBUS  
TOTAM TERRAM

QUAM  
FAVENTE SUPREMO NUMINE  
PRÆSIDE

*VIRO SUMME VENERANDO ac CELEBERRIMO;*  
DN. EBERHARDO HENR. DAN. STOSCH  
SS. TH. DOCTORE ET PROFESSORE. P. ORDINARIO, ET VERBI DIVINI  
MINISTRO, FAUCTORE SUO VENERANDO,  
AD DIEM XII. IUNII A. D. M D C C L L  
HORIS LOCOQUE SOLITIS  
BENIGNO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

AUCTOR & RESPONDENS  
MICHAEL AITAI  
Tranfylvano-Hungarus.

*af.*

~~FRANCOFURTI ad VIADRUM,~~  
FRANCOFURTI ad VIADRUM,  
TYPIS, SIGISMUNDI GABRIEL. ALEX.

